


ANN. XIV. - N. 86

MENSE APRILI

AN. D. MCMXLIV



# PALAEESTRA LATINA

## SUMMARIUM

### Bibliographia

(MIR, MESA, SANZ, LEGHISSA)

### Commercium Epistulare

(GUILLEN, MIR)

### T. Livii Historiae

### Adjumenta Grammaticalia

(MIR)

### Exercitationes scholares

(EGUÍA, ANDRÉS)

### Corrigenda

### Curiosa et Jocosa

(BAGARÍA, REAL, VENA, CARRERO, ORDÓÑEZ, MUÑOZ, GÓMIZ, ANDRÉS, ASPA)

grandes

Ordinarii et Superiorum permissu

## Bibliographia

**Bonell Oliva, L.** — *Antología Griega escolar*, parte elemental, págs. 85. — E. Prieto, Madrid, 1941.

Parvum certe florilegium, sed aptum quod alumnis primi cursus vertendum tradatur. In eo referuntur primo selectae sententiae, deinde Hieroclis facetae. Aesopi fabulae, Sti. Lucae excerpta, tandem Cyropaediae et Anabasis selecta capita —In notulis difficultiora exponuntur; opus vocabulario completetur. Duo alii superioris gradus ab auctore parantur libri.

**Morán M. y Penagos L., S. J.** — *Antología Griega*, 2.<sup>o</sup> vol. p. 194. — Sal Terrae, Santander.

En altera Anthologiae graecae pars quam auctores superioribus alumnis offerunt. Adulescentes in ea inventent versionis copiam cui extremis graecitatis annis sedulo incumbere valeant. Elaboratis notulis grammaticis, historicis, cet., ad calcem appositis et completo vocabulario ad rectam interpretationem faciendam discentium mentes erudituntur itisque graecae linguae difficultas minuitur. Scriptores interpretandi, sunt: Lucianus (*Dialogi mortuorum et deorum*), Xenophon (*Anabasis, Cyropaediti*), Plato (*Socratis Apologia*), Tucydides, Odes Anacreonticae, Epigranmata —Optimum habes, lector, florilegium, cuius odore delecteris, et cuius labore graecus fias.

J. M. MIR, C. M. F.

**Pii Papae XII.** — *Litterae Encyclicheae «Divino Afflante Spiritu» de sacrorum Bibliorum studiis opportune provehendis*, 45 pag.

*Carta Encíclica del Papa Pio XII sobre el Cuerpo Místico de Jesucristo.* — Versión oficial, con un índice resumen. 80 págs. — Barcelona, Seminario Conciliar, 1943.

Quid opus est Litteras Encyclicheas Pii XII. Summi Pontificis, laudibus cu-

mulare, cuius scientiam admiratione, protestatem magisteriumque et fide et amore omnes Ecclesiae filii prosequimur?

Laudandâ potius industria ac diligentia Seminarii Barcnonensis quod hos libellos pulcherrimos, summaris totius doctrinae cuique adjunctis, publicando curavit Tolle, dulcissime, et lege.

CAROLUS E MESA, C. M. F.

**Murillo Triviño Santiago, S. J.** — *Curso de Lengua Griega*. — Librería Enrique Prieto, Preciados, 48. Madrid.

Hoc primum volumen *Cursus linguae graecae Novo Ordini Studiorum* pro Institutis apprime respondet. In tres dissipitum est partes: prima —singulari in docendo dexteritate —morphologiam, notiones etymologiae graecae et hispaniae et generaliores syntaxis leges continet atque evolvit; secunda, selecta exercitia grammaticalia et parvam anthologiam cum vocabulario complectitur; tercua tandem historiae ac geographiae graeciae synthesin brevem, sed alumnis utilissimam tradit: quâ tempora et loca scriptorum factorumque faciliter alumni cognoscent. Omnia prout in primo cursu exquiruntur.

P. SANZ, C. M. F.

**J. M.<sup>a</sup> de Oleza.** — *Segundo Curso de Lengua Griega*. — Editorial Ibérica, Provenza, 183, Barcelona.

Quantam ars docendi peritiam comparaverit passim clarus hujus operis scriptor commonstrat. In capite libri notulae methodum significant: phonetica ordine et claritate praestat, syntaxis exemplis locupletatur, lexicologia industria et novitate ornatur. Praeterea graphicae tabellae et ipsa typorum conformatio praestantiam atque utilitatem maximam operi tribuunt. —Utpote secundo cursui linguae graecae respondens, morphologia exacto quidem et completo modo traditur.

A. LEGHISSA, C. M. F.

# Editorial GRAFICAS CLARET

**Lauria, 5 - BARCELONA - Teléfono, 15013**

PUBLICA: **PALAEESTRA LATINA**

## LA FIESTA SANTIFICADA

La hoja popular más amena e instructiva que se reparte en las Iglesias todos los domingos y fiestas de precepto del año.

**Precio: 3 ptas el centenar**

**Variedad de libros.**

**Ultima obra:**

## MARAVILLAS DE FÁTIMA

por los Rndos. PP. Fonseca-Jiménez, S. J. - **Precio: 6 ptas.**

**FÁBRICA DE MEDALLAS  
CRUCES :: DISTINTIVOS  
INSIGNIAS :: ETC.**

# A U S I Ó

**PROVENZA, 376**

**BARCELONA**

Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis



# Textos Palaestra

Preparados por PP. Misioneros del Corazón de María

Apartado 1042. - Lauria, 5. - Teléfono 15013. - Barcelona

*Para el Primer Curso:*

**Historiae Sacrae Compendium**  
(2.<sup>a</sup> ed.) Texto, notas, vocabulario 4 pts.

*Para el Segundo Curso:*

**Epitome Historiae Graecae**  
(3.<sup>a</sup> ed.) Texto, notas, vocabulario 5 pts.

*Para el Tercer Curso:*

**Ciceronis Epistulae Selectae**  
Solo texto latino 1 pta.  
Texto, notas, vocabulario 4 ptas.

**Caesaris de Bello Civili**  
Texto y notas 5 ptas.

*Para el Cuarto Curso:*

**Ciceronis Pro Archia Poeta**  
Solo texto latino 1 pta.  
Texto, notas, vocabulario 3 ptas.

**Ciceronis in Catilinam Oratio I**  
Solo texto latino 1 pta.  
Texto, notas, vocabulario 3 ptas.

*Para el Quinto Curso:*  
**Virgilii Aeneidos liber II**  
Solo texto latino 2 ptas.  
Texto, notas, vocabulario 4 ptas.

*Para el Sexto o Séptimo Curso:*  
**Prudentii Carmina Selecta**  
(agotado)

**Canto 1.<sup>o</sup> de la Odisea**  
Texto y notas 5 ptas.

**Primer Curso de Lengua Latina**  
adaptado al Cuestionario Oficial 3 ptas.

**Segundo Curso de Lengua Latina**  
adaptado al Cuestionario Oficial 5 ptas.

**Tercer y Cuarto**

**Curso de Lengua Latina**  
adaptado al Cuestionario Oficial  
(en preparación)

## Repetitorium

Libro de prácticas escolares para  
las primeras clases de latín.  
Contiene:

Programas, Vocabularios, Ejerci-  
cios, Temas, Curiosidades,  
Indices

Precio en simil tela 15 ptas.  
en cartoné 12 >

## Palaestra Latina

Colección completa,  
desde Enero de 1930  
hasta Diciembre 1942,  
en fascículos sueltos 100 ptas.

*De próxima aparición:*

**Horatii Carmina Selecta**  
Texto, notas, vocabulario

**Crispi Sallusti Selecta**  
Texto, notas, vocabulario

**Canto 2.<sup>o</sup> y 3.<sup>o</sup> de la Odisea**  
Texto y notas

## EN PREPARACIÓN OTROS TEXTOS

Descuentos especiales a librerías y, en pedidos de consideración, a Profesores y Colegios

# PALAESTRA LATINA

Premium subnotationis annuae, solutione antelata, est 10 pesetarum in Hispania et Lusitania, 11 pes. in America et Philippinis insulis, et 12 pes. in reliquis civitatibus - Premium mittatur oportet ad Administratorem, Lauria, 5 - Baroinone - Apart. 1042

## Commercium Epistulare

*Josephus Guillen Psbter. «Palaestrae Latinae» Aduario Sal.*

*S. V. G. E. V. Plures auditores cum sint mibi qui libenter ad tuum certamen progrediantur, obstaculo in secundae quaestione interpretatione premuntur. Quid enim sit articulus sciunt, item penuarius; quid vero, «articulus penuarius de Tacito vel Tito Livio» plane nesciunt.*

*Si tu, pro tua humanitate, quid hoc sibi velit indices, magnam tibi habebimus gratiam. Tui studiosi sumus, et cupimus quidquid vis.*

*Salmanticae, III Kal. Maj.*

*Jos. M.<sup>a</sup> Mir, C. M. F. Josepho Guillen Pbtero. Sal.*

*Inditum in «Palaestra Latina» certamen studium quoddam excitasse animosque alumnis tuis addidisse, plurimum gaudemus.*

*Penuarium (=penarium) articulum, —de quo quaestionem ponis— vestigia premens venerabilis «Palaestrae Latinae» conditoris,<sup>1</sup> appellavi, id ut exprimerem articulo de fondo.*

*Nominis vero translatio omnino probanda videtur, nam si penus ea sunt quae «longi usus gratia reconduntur», seu quae «intus et penitus in aedibus habentur», aptissime articuli penuarii vocantur, qui exquisita et quasi litterarum recondita continent, atque lectoribus et studiosis —non aliter ac penuaria cella— prostant ut ex eis doctrinae penus educere valeamus.*

*Auditores tuos ut in palaestram progrediantur strenui, vehementer hortare. Vale. Burbastri, nonis majis.*

<sup>1</sup> Cfr. «Candidatus Latinus» I. p. 4; 10, p. 79.

tota prolapsa acies in praeceps deferri. Sedato deinde tumultu reliquum noctis (quantum turbatis mentibus poterat, cum praeteritum quoque periculum sollicitaret) quieti datum est. Luce orta, vocatis classico ad concilium militibus 25 ad tribunos, cum et recte et perperam factō pretium deberetur, Manlius primum ob virtutem laudatus donatusque, non ab tribunis solum militum, sed consensu etiam militari: cui universi selibras farris et quartarios vini ad aedes ejus, quae in Arce erant, contulerunt, rem dictū parvam, 30 ceterum inopia fecerat eam argumentum ingens caritatis, cum se quisque viētū suo fraudans detraictum corpori atque usibus necessariis ad honorem unius viri conferret. Tum vigiles ejus loci, qua fefellerat ascendens hostis, citati; et, cum in omnes more militari se animadversurum Q. Sulpicius, tribunus militum, pronuntiasset, consentiente clamore militum, in unum vigilem conjicientium culpam, deterritus a ceteris abstinuit, reum haud dubium ejus noxae, approbantibus cunctis, de saxo dejecit. Inde intentiores utrumque custodiae esse, et apud Gallos, quia vulgatum erat 40 inter Vejos Romamque nuntios commeare, et apud Romanos ab nocturni periculi memoria.

(Lib. V. c. XLVII)

### 17. — Origen de los juegos escénicos en Roma

C. Sulpicio Petico, C. Licinio Stolone, consulibus, pestilentia fuit; nihil dignum memoria actum: nisi quod pacis Deūm exposcendae causā tertio tum post conditam urbem lectisternium fuit, et cum vis morbi, nec humanis

consiliis ne ope divina levaretur, vičis superstitione animis, ludi quoque scaenici — nova res bellico populo—, (nam circi modo spectaculum fuerat) inter alia caelestis irae placamina instituti dicuntur.

Ceterum parva quoque (ut ferme principia omnia) et ea ipsa peregrina res fuit. Sine carmine ullo, sine imitando- 10 rum carminum actu, ludiones ex Etruria acciti, ad tibicinis modos saltantes haud indecoros motus, more Tusco dabant, imitari deinde eos juventus, simul inconditis inter se jocularia fundentes versibus, coepere; nec absoni a voce motus erant.

Accepta itaque res, saepiusque usurpando excitata, 15 vernaculis artificibus, quia hister, Tusco verbo, ludio vocabatur, nomen histrionibus inditum; qui non sicut ante Fescennino versu similem, incompositum, temere, ac rudem alternis jaciebant; sed impletas modis saturas, descripto jam ad tibicinem cantu, motuque congruenti, peragebant. 20 Livius post aliquot annos, qui ab saturis ausus est primus argumenio fabulam serere, (idem scilicet, id quod omnes tum erant, suorum carminum actor) dicitur, cum saepius revocatus vocem obtudisset, venia petita puerum ad canendum ante tibicinem cum statuisset, canticum egisse aliquanto magis vigenti motu, quia nihil vocis usus impidebat; inde ad manum cantari histrionibus coeptum, divibiaque tantum ipsorum voci relicta.

Postquam lege hac fabularum, ab risu ac soluto joco res avocabatur et ludus in artem paulatim verterat, juven- 30 tus histrionibus, fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus jačitare coepit: quae inde

exodia postea appellata, consertaque fabellis potissimum Atellanis sunt. Quod genus ludorum ab Oscis acceptum 35 tenuit juventus: nec ab histriónibus pollui passa est. Eo institutum manet ut autores Atellanarum, nec tribu moveantur, et stipendia, tamquam expertes artis ludicrae, faciant. Inter aliarum parva principia rerum, ludorum quoque prima origo ponenda visa est, ut appareret quam ab 40 sano initio res in hanc vix opulentis regnis tolerabilem insaniam venerit.

(Lib. VII. c. II)

#### 18. — Las horcas caudinas

Sequitur hunc annum nobilis clade Romana Caudina pax, T. Veturio Calvino, Sp. Postumio consulibus. Samnitæ eo anno imperatorem C. Pontium, Herennii filium, habuerunt, patre longe prudentissimo natum, primum ipsum bellatorem ducemque. Is, ubi legati qui ad dedendas res missi erant infecta pace redierunt, exercitu educto, circa Caudium castra quam potest occultissime locat; inde ad Calatiam, ubi jam consules Romanos castraque esse audiebat, milites decem pañorum habitu mittit, pecoraque di- 10 versos alium alibi, haud procul Romanis pascere jubet praesidiis; ubi inciderint in praedatores ut idem omnibus sermo constet: «legiones Samnitium in Apulia esse, Luce- 15 riam omnibus copiis circumsedere, nec procul abesse quin vi capiant.» Jam is rumor ante de industria vulgatus ve- nerat ad Romanos, sed fidem auxere captivi, eo maxime quod sermo inter omnes congruebat. Haud erat dubium

quin Lucerinis opem Romanus ferret, bonis ac fidelibus sociis, simul ne Apulia omnis ad praesentem terrorem deficeret; ea modo, qua irent, consultatio fuit. Due ad Luce- 20 riam ferebant viae: altera praeter oram Superi Maris, pa- tens apertaque, sed, quanto tutior, tanto fere longior; altera per Furculas Caudinas, brevior; sed ita natus locus est: saltus duo alti, angusti silvosique sunt, montibus circa perpetuis inter se juncti. Jacet inter eos satis patens clausus in medio campus, herbidus aquosusque, per quem medium 25 iter est; sed, antequam venias ad eum, intrandæ primæ angustiae sunt, et aut eadem qua te insinuaveris retro via repetenda aut, si ire porro pergas, per alium saltum artio- rem impeditioreme evadeundum.

In eum campum via alia per cavam rupem Romani de- 30 misso agmine cum ad alias angustias protinus pergerent, saeptas dejectu arborum saxorumque ingentium objacente mole invenere. Cum fraus hostilis apparuisse, praesidium etiam in summo saltu conspicitur. Citati inde retro qua 35 venerant pergunt repetere viam: eam quoque clausam sua objice armisque inveniunt. Sistunt inde gradum sine ullius imperio, stuporque omnium animos ac velut torpor quidam insolitus membra tenet, intuentesque alii alios, cum alterum quisque compotem magis mentis ac consilii duce- 40 rent, diu immobiles silent; deinde, ubi praetoria consulum erigi videre et expedire quosdam utilia operi, quanquam ludibrio fore munientes perditis rebus ac spe omni adempta cernebant, tamen, ne culpam malis adderent, pro se quisque, nec hortante ullo nec imperante, ad muniendum

45 versi, castra propter aquam vallo circumdant, sua ipsi opera laboremque irritum, praeterquam quod hostes superbe increpabant, cum miserabili confessione eludentes. Ad consules maestos, ne advocantes quidem in consilium, (quando nec consilio nec auxilio locus esset,) sua sponte legati ac  
 50 tribuni conveniunt, militesque ad praetorium versi opem quam vix Di immortales ferre poterant ab ducibus exponunt.

Querentes magis quam consultantes nox oppressit, cum pro ingenio quisque fremerent, alias: «Per objices viarum»,  
 55 alias: «Per adversa montium, per silvas, qua ferri arma poterunt, eamus, modo ad hostem pervenire liceat quem per annos jam prope triginta vincimus: omnia aequa et plana erunt Romano in perfidum Samnitum pugnanti;» alias:  
 «Quo aut qua eamus? Num montes moliri sede sua para-  
 60 mus? Dum haec imminebunt juga, qua tu ad hostem ve-  
 nies? Armati, inermes, fortes, ignavi, pariter omnes capti  
 atque victi sumus. Ne ferrum quidem ad bene moriendum  
 oblaturus est hostis; sedens bellum conficit.» His invicem  
 sermonibus qua cibi, qua quietis immemor nox traducta  
 65 est.

Ne Samnitibus quidem consilium in tam laetis suppetebat rebus; itaque universi Herennium Pontium, patrem imperatoris, per litteras consulendum censem. Jam is gravis annis non militaribus solum, sed civilibus quoque  
 70 abscesserat muneribus; in corpore tamen affecto vigebat vis animi consiliique. Is ubi accepit ad Furculas Caudinas inter duos saltus clausos esse exercitus Romanos, consultus

ab nuntio filii, censuit omnes inde quam primum inviolatos dimittendos; quae ubi spreta sententia est iterumque eodem remeante nuntio consulebatur, censuit ad unum omnes interficiendos. Quae ubi tam discordia inter se velut ex anci-  
 75 pite oraculo responsa data sunt, quanquam filius ipse in primis jam animum quoque patris consenuisse in affecto corpore rebatur, tamen consensu omnium vietus est ut ipsum in consilium acciret. Nec gravatus senex plauso in castra dicitur adiectus vocatusque in consilium ita ferme 80 locutus esse ut nihil sententiae suae mutaret, causas tantum adjiceret: «priore se consilio, quod optimum duceret, cum potentissimo populo per ingens beneficium perpetuam firmare pacem amicitiamque; altero consilio in multas aetas, quibus, amisis duobus exercitibus, haud facile receperat 85 tura vires Romana res esset, bellum differre; tertium nullum consilium esse.» Cum filius aliquique principes percontando exsequerentur: «quid, si media via consilii caperetur, ut et dimitterentur incolumes et leges iis jure belli victis imponerentur?» — «Ista quidem sententia, inquit, ea 90 est quae neque amicos parat nec inimicos tollit. Servate modo quos ignominia irritaveritis; ea est Romana gens quae victa quiescere nesciat. Vivet semper in peccatis illorum quidquid istuc praesens necessitas inusserit, nec eos ante multiplices poenas expetas a vobis quiescere si- 95 net.» Neutra sententia accepta, Herennius domum e castris est avectus.

Et in castris Romanis, cum frustra multi conatus ad erumpendum capti essent et jam omnium rerum inopia es-

100 set, vieti necessitate legatos mittunt, qui primum pacem aequam peterent; si pacem non impetrarent, uti provocarent ad pugnam. Tum Pontius debellatum esse respondit, et, quoniam ne vieti quidem ac capti fortunam fateri scirent, inermes cum singulis vestimentis sub jugum missus 105 rum; «alias condiciones pacis aequas vietis a viatoribus fore: si agro Samnitium decederetur, coloniae abducerentur, suis inde legibus Romanum ac Samnitem aequo foedere vieturum; his conditionibus paratum se esse foedus cum consulibus ferire; si quid eorum displiceat, legatos redire 110 ad se veruit.» Haec cum legatio renuntiaretur tantus gemitus omnium subito exortus est tantaque maestitia incessit ut non gravius accepturi viderentur, si nuntiaretur omnibus eo loco mortem oppetendam esse. Cum diu silentium fuisset nec consules aut pro foedere tam turpi aut contra 115 foedus tam necessarium hincere possent, tum L. Lentulus, qui princeps legatorum virtute atque honoribus erat: «Patrem meum, inquit, consules, saepe audivi memorantem se in Capitolio unum non fuisse auctorem senatui redimendae auro a Gallis civitatis, quando nec fossa valloque ab igna- 120 vissimo ad opera ac muniendum hoste clausi essent et erumpere, si non sine magno periculo, tamen sine certa pernicie possent. Quod si, ut illis decurrere ex Capitolio armatis in hostem licuit (quo saepe modo obsessi in obsidentes eruperunt), ita nobis aequo aut iniquo loco dimicandi tantummodo cum hoste copia esset, non mihi paterni animi indoles in consilio dando decesset. Evidem mortem pro patria praeclaram esse fateor, et me devovere pro fo-

pulo Romano legionibusque vel in medios immittere hostes paratus sum; sed hic patriam video, hic quicquid Romanarum legionum est; quae nisi pro se ipsis ad mortem ruerent, quid habent quod morte sua servent? Tecta urbis, dicat aliquis, et moenia et eam turbam a qua urbs incolitur. Immo, hercule, produntur ea omnia, deleto hoc exercitu, non servantur. Quis enim ea tuebitur? Imbellis videlicet atque inermis multitudo. Tam, hercule, quam a Gallorum impetu defendit. An a Vejis exercitum Camilumque ducem implorabunt? Hic omnes spes opesque sunt: quas servando patriam servamus, dedendo ad necem patriam deserimus ac prodimus. At foeda atque ignominiosa deditio est. Sed ea caritas patriae est ut tam ignominia eam quam morte nostra, si opus sit, servemus. Subeat ergo 140 ista, quantacumque est, indignitas, et pareatur necessitati, quam ne Di quidem superant. Ite, consules, redimite armis civitatem quam auro majores vestri redemerunt.

Consules profecti ad Pontium in colloquium, cum de foedere viator agitaret, negarunt injussu populi foedus fieri 145 posse nec sine fetialibus caerimoniale alia sollemni. Itaque non, ut vulgo credunt Claudioque etiam scribit, foedere pax Caudina, sed per sponsionem facta est. Quid enim aut sponsoribus in foedere opus esset aut obsidibus, ubi precatione, res transigitur, «per quam populum fiat quo 150 minus legibus dictis stetur, ut eum ita Juppiter feriat quemadmodum a fetialibus porcus feriatur»? Spoponderunt consules, legati, quaestores, tribuni militum; nominaque omnium qui spopondernnt exstant, ubi, si ex foedere acta

155 res esset, praeterquam duorum fetialium non exstarent; et propter necessariam foederis dilationem obsides etiam sexcenti equites imperati, qui capite luerent, si pacto non statuerit. Tempus inde statutum tradendis obsidibus exercituque inermi mittendo.

160 Redintegravit luctum in castris consulum adventus, ut vix ab iis abstinerent manus quorum temeritate in eum locum deducti essent, quorum ignavia foedius inde quam venissentabituri. «illis non ducem locorum, non exploratorem fuisse; beluarum modo caecos in foveam missos.»

165 Alii alios intueri; contemplari arma mox tradenda et inermes futuras dextras obnoxiaque corpora hosti; proponere sibimet ipsi ante oculos jugum hostile et ludibria victoris et vultus superbos et per armatos inermium iter, inde foedi agminis miserabilem viam per sociorum urbes, redditum in

170 patriam ad parentes, quo saepe ipsi majoresque eorum triumphantes venissent: «se solos sine vulnere, sine ferro, sine acie victos; sibi non stringere licuisse gladios, non manum cum hoste conferre; sibi nequiquam *arma*, nequiquam *vires*, nequiquam *animos* datos.» Haec frementibus hora

175 fatalis ignominiae advenit, omnia tristiora experiundo factura quam quae praeceperant animis. Jam primum cum singulis vestimentis inermes extra vallum exire jussi, et primi traditi obsides atque in custodiam abducti. Tum a consulibus abire lictores jussi paludamentaque detracta; id

180 tantam inter ipsos qui paulo ante eos execrantes dedendos lacerandosque censuerant miserationem fecit ut suae quisque condicionis oblitus ab illa deformatione tantae

majestatis, velut ab nefando spectaculo, averteret oculos.

Primi consules prope seminudi sub jugum missi, tum, 185 ut quisque gradu proximus erat, ita ignominiae objectus; tum deinceps singulae legiones. Circumstabant armati hostes, exprobrantes eludentesque; gladii etiam plerisque intentanti, et vulnerati quidam necatique, si vultus eorum indignitate rerum acrior victorem offendisset. Ita traducti 190 sub jugum (et, quod paene gravius erat, per hostium oculos), cum ex saltu evassisent, etsi velut ab inferis extracti tum primum lucem aspicere visi sunt, tamen ipsa lux ita deforme intuentibus agmen omni morte tristior fuit. Itaque, cum ante noctem Capuam pervenire possent, incerti 195 de fide sociorum et quod pudor praepediebat, circa viam haud procul Capua omnium egenda corpora humi prostraverunt.

Quod ubi est Capuam nuntiatum, evicit miseratio justa sociorum superbiam ingenitam Campanis. Confestim insignia sua consulibus, fasces lictoribus, arma, equos, vestimenta, commeatus militibus benigne mittunt; et venientibus Capuam cunctus senatus populusque obviam egressus justis omnibus hospitalibus privatisque et publicis fungitur officiis. Neque illis sociorum comitas vultusque benigni et 205 alloquia non modo sermonem elicere, sed ne ut oculos quidem attollerent aut consolantes amicos contra intuerentur efficere poterant; adeo super maerorem pudor quidam fugere colloquia et coetus hominum cogebat! Postero die cum juvenes nobiles, missi a Capua, ut proficiscentes ad 210

finem Campanum prosequerentur, revertissent vocatique in curiam percontantibus majoribus natu multo sibi maestiores et abjectioris animi visos referrent; adeo silens ac prope mutum agmen incessisse; «jacere indolem illam Rōmanam, ablatosque cum armis animos; non reddere salutem, non salutantibus dare responsum, non hiscere quemquam prae metu potuisse, tanquam ferentibus adhuc cervicibus jugum sub quo emissi essent; habere Samnites viatoriam, non praeclaram solum, sed etiam perpetuam; cepisse enim eos non Rōmanam, sicut ante Gallos, sed, quod multo bellicosius fuerit, Rōmanam virtutem ferociamque,» —cum haec dicerentur audirenturque et deploratum paene Romanum nōmen in consilio sociorum fidelium esset, dicitur Ofilius Calavius, Ovii filius, clarus genere factisque, tum etiam aetate verendus, longe aliter se habere rem dixisse: «silentium illud obstinatum fixosque in terram oculos et surdas ad omnia solacia aures et pudorem intuendae lucis ingentem molem irarum ex alto animi crientis indicia esse. Aut Romana se ignorare ingenia, aut silentium illud Samnitibus flebiles brevi clamores gemitusque excitaturum, Caudinaeque pacis aliquanto Samnitibus quam Romanis tristiorum memoriam fore. Quippe suos quemque eorum animos habiturum, ubicunque congressuri sint; saltus Caudinos non ubique Samnitibus fore.»

Jam Romae etiam sua infamis clades erat. Obsessos primum audierunt; tristior deinde ignominiosae pacis magis quam periculi nuntius fuit. Ad famam obsidionis dilectus haberi coepitus erat; dimissus deinde auxiliorum ap-

paratus, postquam ditionem tam foede factam acceperunt; extemploque sine ulla publica auctoritate consensum 240 in omnem formam luctus est. Tabernae circa forum clausae justitiumque in foro sua sponte coeptum prius quam indicatum; lati clavi, anuli aurei positi; paene maestior exercitu ipso civitas esse, nec ducibus solum atque auctoribus sponsoribusque pacis irasci, sed innoxios etiam milites 245 odisse et negare urbe teatrisve accipiendos. Quam concitationem animorum fregit adventus exercitus, etiam iratis miserabilis; non enim tanquam in patriam revertentes ex insperato incolumes, sed captorum habitu vultuque ingressi sero in urbem ita se in suis quisque teatris abdiderunt ut 250 postero atque insequentibus diebus nemo eorum forum aut publicum aspicere vellet.

(Ltb. IX, c. I-VII)

### 19. — Aníbal

Missus Hannibal in Hispaniam primo statim adventu omnem exercitum in se convertit: Hamilcarem juvenem redditum sibi veteres milites credere; eundem vigorem in vultu vimque in oculis, habitum oris lineamentaque intueri. Dein brevi effecit ut pater in se minimum momentum 5 ad favorem conciliandum esset. Nunquam ingenium idem ad res diversissimas, parendum atque imperandum, habilius fuit. Itaque haud facile discerneres utrum imperatori an exercitui carior esset; neque Hasdrubal alium quemquam praeficere malle, ubi quid fortiter ac strenue ageret dum esset, neque milites alio duce plus confidere aut aude-

# Adjumenta Grammaticalia

## IV. INFINITIVUS

*exprimit simplicem verbi actionem (=judicium); tempus vage declaratur et cum primariae tempore conectitur.*

### Simplex infinitivus (sine subjecto in accusativo)

#### I) Subjectivus (vice subjecti fungitur):

- 1) in locutionibus impersonalibus verbi sum cum praedicato (subst. vel adj.); mos, culpa, laus est; turpe, decorum est; sapientis, stulti est, cet.

- 2) cum vv. impersonalibus paenitet, pudet, taedet, decet, videtur mibi, efficietur, cet.

- 3) raro cum vv. personalibus, in quibus infinitivus sensum habet substantivi abstracti

N. B. Pradicatum, quod verbis copulatibus: sum, fio, ecdo, exsisto, cognoscor, habeor, cet comittatur — si infinitivus est subjectus — cum accusativo construitur.

Turpe est discere nolle (=ignorantia) Turpe est mentiri. Stulti est timere (=timor).

Oratorem irasci (=ira) minime decet.

Non cadit invidere (=invidia) in hominem sapientem.

Summus est honor consulem fieri.

N. B. a) mos, tempus est possunt adhiberi etiam in subjunctivo cum partic. ut.

Tempus est ut bino abeamus.

b) plura vv. et locutiones dicendi subjunctivo cum ut (ne) efferuntur in primis cum voluntatis acutum exprimunt (=minime autem judicium aut nudum factum) — quo in casu oratio compleativa seu dependens in forma recta — i. e. a v. primaria dissociata imperativum exigent. — Quia animadversione differunt perspicies inter infinitivum et subjunctivum verborum persuaderio, censeo, placeo, moneo, auctor sum, certior facio, cet.

Concedo ut abcas [forma recta = concedo: abi (imperat). At: Cato respondit Carthaginem esse delendam [forma recta = respondit: Carthago est delenda (indicat.) Mihi ut absim auctor est (auctor est: abesto). Hoc factum esse Liviu auctor est (L. auctor est: hoc factum est)].

#### II) Objectivus (vice objecti fungitur):

cum verbis quae complemento indigent, cum subjectum idem est in utraque oratione

- 1) volo, nolo, malo, queo, possum, debeo, soleo, cet.

- 2) vv. incipiendi, persverandi, desinendi:

- 3) desidero, cupio, deverno, stud.o, contendo, cet.

- 4) neglego, fugio; audeo; dubito, cet.

- 5) disco; dedisco, doceo; cogo, cet.

N. B. a) Pradicatum, quod verbis copulatibus sum, fio, ecdo, cognoscor, cet. comittatur — si infinitivus est objectus — nominativum exigit. —

b) non nulla ex his verbis: statuo, decerno, nitor, soga, cet., in subjunctivo cum partic. ut (ne) pariter adhibentur.

cfr III, V, N. B. sub.

6) raro cum quibusdam verbis transitivis, pro substantivo abstracto.

Nemo potest omnia scire,

Iter reliquum confidere perge.  
Cupio discere doctrinam.

Neglego de hacre tibi scribere.  
Disce laborem ferre.

Cato esse quam videri bonus malebat. Parvo contentus esse didici.

Cupio ut incolumis venias.

Errare et accipi turpe ducimus.

### Infinitivus cum accusativo subjecto

#### III) Subjectivus (partes agit subjecti)

- 1) cum v. sum, adjecto praedicato substantivo vel adjectivo: fas, culpa est; utile; facile est, cet., (cfr. V, I, 1) :

- 2) cum vv. impersonalibus: oportet, paenitet, cet. (cfr IV, I, 2) :

N. B. a) licet, si subjectum est determinatum, fere in dativo adhibetur, si subj. non est determinatum in a accusativo,

b) necesse est cum dativo invenitur.

c) poetae et T. Livius alii vv. cum dativo usurpant: datur, conceditur, vacat, contigit, necesse est, cet.

d) vv. necesse est, oportet, licet (sine utl. interest, refert (ut) infinitivum cum subjunctivo mutare possunt.

3) cum vv. sentiendi et dicendi passive prolatis: intellegitur, perspicitur, afferatur, memoriae proditum est (proditur):

Facinus est vinciri civem romanum.

Modestum esse juvenem decet.

Licuit Themistoli esse otioso. Quibus abundantem licet esse miserum.

Homini necesse est mori.

Infirmo non vacat esse mibi.

Virtuti studiamus oportet. Mea interest ut te videam.

Traditum est Homerum caecum fuisse.

Omnis sentimus calere ignem.

Narrant Homerum fuisse caecum.

Tempus est jam hinc abire me. memores vobiscum esse victoriam, arma capite.

#### Notanda:

- a) Infinitivus aliquando vices praedicati gerit

- b) cum adjectivo paratus infinitivum recte adhibebis; cum ceteris adjectivis tantum a poetis et non classicis scriptoribus

- c) subjectum infinitivi semper exprimes; cum infinitivo futuro act. (=urum) interdum omittitur etiam a classicis scriptoribus; alias raro apud Cic.

- d) pronomina personalia 3<sup>ae</sup> personae (cum, eos, eam, eas) — si idem in utraque oratione est subjectum —, veritatur in se.

- e) confusionem devita quac facile ex duobus accusativis (=subjecto et complemento objectivo) oriiri potest in verbis transitivis; orationem passive compone

Docto homini vivere est cogitare.

Paratus omnia perpetui. Dignus cantari; Nescia fallere vita. (VIRG.)

Credo te erravisse. Venturum (se) pollicebatur.

Lucius dixit se venturum (= q. El=Lucio). Lucius dixit illum venturum (=q. El=Antonio).

Scio me a te amari [scio te me amare (?)].

JOSEPHUS M.<sup>o</sup> MIR, C. M. F.

re. Plurimum audaciae ad pericula capessenda, plurimum consilii inter ipsa pericula erat. Nullo labore aut corpus fatigari aut animus vinci poterat. Caloris ac frigoris patientia par; cibi potionisque desiderio naturali, non voluptate, modus finitus; vigilarum somnique nec die nec nocte discriminata tempora, id quod gerendis rebus superesset quieti datum; ea neque molli strato neque silentio accersita: multi saepe militari sagulo opertum humi jacentem inter custodias stationesque militum conspexerunt. Vestitus nihil inter aequales excellens; arma atque equi conspiciebantur. Equitum peditumque idem longe primus erat; princeps in proelium ibat, ultimus conserto proelio excedebat.

Has tantas viri virtutes ingentia vitia aequabant: inhuma crudelitas, perfidia plus quam Punica, nihil veri, nihil sancti, nullus Deum metus, nullum jus jurandum, nulla religio. Cum hac indole virtutum atque vitiorum triennio sub Hasdrubale imperatore meruit, nulla re, quae agenda videndaque magno futuro duci esset, praetermissa.

Ceterum, ex quo die dux est declaratus, velut Italia ei provincia decreta bellumque Romanum mandatum esset, nihil protulandum ratus, ne se quoque, ut patrem Hamilcarem, deinde Hasdrubalem, cunctantem casus aliquis oppimeret, Saguntinis inferre bellum statuit.

(LIB. XXI, c. I V)

#### 20. — Sagunto, ciudad heroica

Saguntum... civitas ea longe opulentissima ultra Hibernum fuit, sita passus mille ferme a mari. Oriundi a Zacin-

to insula dicuntur, mixtique etiam ab Ardea Rutulorum quidam generis; ceterum in tantas, brevi, creverant opes seu maritimis seu terrestribus fructibus seu multitudinis incremento seu disciplinae sanctitate, qua fidem socialem usque ad perniciem suam coluerunt. 5

Hannibal infesto exercitu ingressus fines, per vastatis passim agris, urbem tripertito aggreditur. Angulus muri erat in planiorem patentiorēmque quam cetera circa vallem vergens. Adversus eum vineas agere instituit, per quas 10 aries moenibus admoveri posset. Sed ut locus procul muro satis aequus agendis vineis fuit, ita haudquaquam prospere, postquam ad effectum operis ventum est, coepitis succedebat. Et turris ingens imminebat, et murus, ut in suspecto loco, supra ceterae modum altitudinis emunitus erat, et ju- 15 ventus delecta, ubi plurimum periculi ac timoris ostendebatur, ibi vi majore obserbant.

Ac primo missilibus submovere hostem nec quicquam satis tutum munientibus pati, deinde jam non pro moenibus modo atque turri tela micare, sed ad erumpendum 20 etiam in stationes operaque hostium animus erat; quibus tumultuariis certaminibus haud ferme plures saguntini cedebant quam Poeni. Ut vero Hannibal ipse, dum murum incautius subit, adversum femur tragula graviter iactus cecidit, tanta circa fuga ac trepidatio fuit, ut non multum 25 abesset, quin opera ac vineae desererentur.

Obsidio deinde per paucos dies magis quam oppugnatio fuit, dum vulnus ducis curaretur. Per quod tempus, ut quies certaminū erat, ita ab apparatu operum ac muni-

30 tionum nihil cessatum. Itaque acrius de integro coortum est bellum, pluribusque partibus, vix accipientibus quibusdam opera locis, vineae coeptae agi ad moverique aries.

Abundabat multitudine hominum Poenus; —ad centum quinquaginta milia habuisse in armis satis creditur—; 35 oppidani ad omnia tuenda atque obeunda multifariam distineri coepti non sufficiebant. Itaque jam feriebantur arietibus muri, quassataeque multae partes erant; una continentibus ruinis nudaverat urbem. Tres deinceps turres quantumque inter eas muri erat cum fragore ingenti procederant. Captum oppidum ea ruina crediderant Poeni, qua, velut si pariter utrosque murus texisset, ita utrumque in pugnam procursum est. Nihil tumultuariae pugnae simile erat, quales in oppugnationibus urbium per occasionem partis alterius conseri solent, sed justae acies velut patenti 45 campo inter ruinas muri teatque urbis modico distantia intervallo constiterant. Hinc spes, hinc desperatio animos irritat, Poeno cepisse jam se urbem, si paulo admittatur, credente; saguntinis pro nudata moenibus patria corpora opponentibus nec ullo pedem referente, ne in relictum a se 50 locum hostem immitteret. Itaque quo acrius et confertim magis utrumque pugnabant, eo plures vulnerabantur, nullo inter arma corporaque vano intercidente telo.

Phalarica erat saguntinis missile telum, hostili abiegnō et cetera tereti praeterquam ad extremum, unde ferrum 55 exstebat; id, sicut in pilo, quadratum stuppa circumligabant linebantque pice; ferrum autem tres longum habebat pedes, ut cum armis transfigere corpus posset. Sed id ma-

xime, etiam si haesiset in scuto nec penetrasset in corpus, pavorem faciebat, quod, cum medium accensum mitteretur conceptumque ipso motu multo majorem ignem ferret, ar- 60 ma omitti cogebat nudumque militem ad insequentes iactus praebebat.

Cum diu anceps fuisse certamen, et saguntinis, quia praeter spem resisterent, crevissent animi, Poenus, quia non vicisset, pro victo esset, clamorem repente oppidani 65 tollunt hostemque in ruinas muri expellunt, inde impeditum trepidantemque exturbant, postremo fusum fugatumque in castra redigunt.

Interim ab Roma legatos venisse nuntiatum est; quibus obviam ad mare missi ab Hannibale, qui dicerent nec tuto 70 eos adituros inter tot tam effrenatarum gentium arma, nec Hannibali in tanto discrimine rerum operae esse legationes audire. Apparebat non admissos protinus Carthaginem ituros. Litteras igitur nuntiosque ad principes factiois Barcinæ praemittit ut praepararent suorum animos, ne 75 quid pars altera gratificari populo Romano posset. Itaque praeterquam quod admissi auditique sunt, ea quoque vana atque irrita legatio fuit. Responsum inde legatis romanis est bellum ortum ab saguntinis, non ab Hannibale esse; populum romanum injuste facere si saguntinos vetustissi- 80 mae Carthaginiensium societati praeponat.

Dum romani tempus terunt legationibus mittendis, Hannibal, quia fessum militem proeliis operibusque habebat, paucorum iis dierum quietem dedit, stationibus ad custodiā vinearum aliorumque operum dispositis. Interim 85

animos eorum nunc ira in hostes stimulando, nunc spe praemiorum accendit. Ut vero pro contione praedam captae urbis edixit militum fore, adeo accensi omnes sunt, ut si extemplo signum datum esset, nulla vi resisti videretur  
90 posse.

Saguntini ut a proeliis quietem habuerant nec laces-  
sentes nec lacescendi per aliquot dies, ita non nocte, non die  
unquam cessaverant ab opere, ut novum murum ab ea  
parte, qua patefactum oppidum ruinis erat, reficerent. Inde  
95 oppugnatio eos aliquanto atrocior quam ante adorta est,  
nec, qua primum aut potissimum parte ferrent opem, cum  
omnia variis clamoribus streperent, satis scire poterant.

Ipse Hannibal, qua turris mobilis omnia munimenta  
urbis superans altitudine agebatur, hortator aderat. Quae  
100 um admota catapultis ballistique per omnia tabulata di-  
spositis muros defensoribus nudasset, tum Hannibal occa-  
sionem ratus quingentos ferme Afros cum dolabris ad sub-  
ruendum ab imo murum mittit. Nec erat difficile opus,  
quod caementa non calce durata erant, sed interlita luto  
105 structurae antiquo genere.

Itaque latius, quam qua caederetur, ruebat perque pa-  
tentia ruinis agmina armatorum in urbem vadebant. Lo-  
cum quoque editum capiunt, collatisque eo catapultis bal-  
listisque, ut castellum in ipsa urbe velut arcem imminentem  
110 haberent, muro circumdant; et saguntini murum interio-  
rem ab nondum capta parte urbis ducunt. Utrumque sum-  
ma vi et muniunt et pugnant; sed interiora tuendo mino-  
rem in dies urbem saguntini faciunt. Simul crescit inopia

omnium longa obsidione et minuitur exspectatio externae  
opis, cum tam procul Romani, unica spes, circa omnia 115  
hostium essent. Paulisper tamen affectos animos recreavit  
repentina profectio Hannibalis in Oretanos Carpetanos-  
que, qui duo populi delectus acerbitate consternati retentis  
conquisitoribus metum defectionis cum praebuissent, op-  
presi celeritate Hannibalis omiserunt mota arma.  
120

Nec Sagunti oppugnatio segnior erat Maharbale Hi-  
milconis filio — eum praefecerat Hannibal — ita impigre rem  
agente, ut ducem abesse nec cives nec hostes sentirent. Is  
et proelia aliquot secunda fecit et tribus arietibus aliquan-  
tum muri discussit strataque omnia recentibus ruinis adve-  
125 nienti Hannibali ostendit. Itaque ad ipsam arcem extemplo  
duetus exercitus, atroxque proelium cum multorum utrim-  
que caede initum et pars arcis capta est.

Temptata deinde per duos est exigua pacis spes, Al-  
conem saguntinum et Alorcum Hispanum. Alco insciis sa-  
guntinis, precibus aliquid moturum ratus, cum ad Hanni-  
balem noctu transisset, postquam nihil lacrimae movebant  
condicionesque tristes ut ab irato viatore ferebantur, trans-  
fuga ex oratore factus apud hostem mansit, moriturum ad-  
firmans, qui sub condicionibus iis de pace ageret.  
135

Postulabatur autem, redderent res Turdetanis tradito-  
que omni auro atque argento egressi urbe cum singulis  
vestimentis ibi habitarent ubi Poenus jussisset. Has pacis  
leges abnuente Alcone accepturos saguntinos, Alorcus,  
vinci animos ubi alia vincantur, adfirmans, se pacis ejus  
140 interpretem fore pollicetur; erat autem tum miles Hanniba-

lis, ceterum publice saguntinis amicus atque hospes. Tradito palam telo custodibus, hostium transgressus munimenta ad praetorem saguntinum — et ipse ita jubebat — est deductus. Quo cum extemplo concursus omnis generis hominum esset factus, summota cetera multitudine, senatus Alorco datus est, cuius talis oratio fuit.

«Si civis vester Alco, sicut ad pacem petendam ad Hannibalem venit, ita pacis condiciones ab Hannibale ad vos 150 rettulisset, supervacaneum hoc mihi fuisse iter, quo nec orator Hannibal nec transfuga ad vos veni; sed cum ille aut vestra aut sua culpa manserit apud hostem, —sua, si metum simulavit; vestra, si periculum est apud vos vera referentibus—, ego, ne ignoraretis esse aliquas et salutis 155 et pacis vobis condiciones, pro vetusto hospitio, quod mihi vobiscum est, ad vos veni. Vestra autem causa me nec ullius alterius loqui, quae loquor apud vos, vel ea fides sit, quod neque dum vestris viribus restitistis neque dum auxilia ab Romanis speratis pacis umquam apud vos mentione 160 feci. Postquam nec ab Romanis vobis ulla est spes nec vestra vos jam aut arma aut moenia satis defendunt, pacem adfero ad vos magis necessariam quam aequam. Cujus ita aliqua spes est, si eam, quem ad modum ut victor fert Hannibal, sic vos ut vieti audietis, et non id, quod 165 amittitur, in damno, cum omnia victoris sint, sed, quidquid relinquitur, pro munere habituri estis. Urbem vobis, quam ex magna parte dirutam, captam fere totam habet adimit, agros relinquit, locum adsignaturus in quo novum oppidum aedificetis. Aurum et argentum omne publicum

privatumque ad se jubet deferri; corpora vestra, conjugum 170 ac liberorum uestrorum servat inviolata, si inermes cum binis uestimentis velitis ab Sagunto exire. Haec vicitor hostis imperat; haec, quamquam sunt gravia atque acerba, fortuna vestra vobis suadet. Evidem haud despero, cum omnium potestas ei facta sit, aliquid ex his rebus remissum; 175 sed vel haec patienda censeo potius, quam trucidari corpora vestra, rapi trahiique ante ora vestra conjuges ac liberos belli jure sinatis.»

Ad haec audienda cum circumfusa paulatim multitudine permixtum senatui esset populi concilium, repente pri- 180 mores secessione facta, priusquam responsum daretur, argentum aurumque omne ex publico privatoque in forum conlatum in ignem ad id raptim factum conjicientes eodem plerique semet ipsis praecepitaverunt. Cum ex eo pavor ac trepidatio totam urbem pervasisset, alias insuper tumultus 185 ex arce auditur. Turris diu quassata prociderat, perque ruinam ejus cohors Poenorum, impetu facto, cum signum imperatori dedisset nudatam stationibus custodiisque solitatis hostium esse urbem, non cunctandum in tali occasione. ratus Hannibal totis viribus adgressus urbem momento 190 cepit, signo dato ut omnes puberes interficerentur. Quod imperium crudele, ceterum prope necessarium cognitum ipso eventu est: cui enim parci potuit ex iis, qui aut inclusi cum conjugibus ac liberis domos super se ipsos concremaverunt aut armati nullum ante finem pugnae quam mo- 195 rientes fecerunt?

Captum oppidum est cum ingenti praeda. Quamquam

pleraque ab dominis de industria corrupta erant, et in caedibus vix ullum discrimen aetatis ira fecerat, et captivi militum praeda fuerant, tamen et ex pretio rerum venditatum aliquantum pecuniae redactum esse constat et multam pretiosam supellecilem vestemque missam Carthaginem

Octavo mense, quam coepit oppugnari, captum Saguntum quidam scripsere; inde Carthaginem novam in hiberna Hannibalem concessisse; quinto deinde mense, 205 quam ab Cartagine profectus sit, in Italiam pervenisse.

(Lib. XXI, cc. VII ad XV)

### 21. — El paso de los Alpes

Hannibal ab Druentia campestri maxime itinere ad Alpes cum bona pace incolentium ea loca Gallorum pervenit. Tum, quamquam fama prius, qua incerta in majus vero ferri solent, percepta res erat, tamen ex propinquo visa montium altitudo nivesque caelo prope immixtae, tecta informia imposita rupibus, pecora jumentaque torrida frigore, homines intorsi et inculti, animalia inanimaque omnia rigentia gelu, cetera visu quam dictu foediora terrorem retro novarunt. Erigentibus in primos agmen clivos apparuerunt imminentes, tumulos incidentes, montani; qui si valles occultiores insedissent, coorti ad pugnam repente ingentem fugam stragemque dedissent. Hannibal consistere signa jussit; Gallisque ad visenda loca praemissis postquam competrerit transitum ea non esse, castra inter confragosa omnia praeruptaque quam extensissima potest valle locat. Tum per eosdem Gallos, haud sane multum lingua moribusque

abhorrentes, cum se immiscuissent colloquiis montanorum, edictus interdiu tantum obsideri saltum, nocte in sua quemque dilabi tecta, luce prima subiit tumulos, ut ex 20 aperto atque interdiu vim per angustias facturus. Die deinde simulando aliud quam quod parabatur consumpto cum eodem quo constiterant loco castra communisent, ubi primum degressos tumulis montanos laxatasque sensit custodias, pluribus ignibus quam pro numero manentium in 25 speciem factis impedimentisque cum equite relicitis et maxima parte peditum, ipse cum expeditis, acerrimo quoque viro, raptim angustias evadit iisque ipsis tumulis quos hostes tenuerant consedit.

Prima deinde luce castra mota, et agmen reliquum in 30 cedere coepit. Jam montani, signo dato, ex castellis ad stationem solitam conveniebant, cum repente conspicunt alios, arce occupata sua, super caput imminentes, alios via transire hostes. Utraque simul objecta res oculis animisque immobiles parumper eos defixit; deinde, ut trepidationem 35 in angustiis suoque ipsum tumultu misceri agmen videre, equis maxime consternatis, quicquid adjecissent ipsi terroris satis ad perniciem fore rati, transversis rupibus, juxta invia ac devia assueti, decurrunt. Tum vero simul ab hostibus, simul ab iniuitate locorum Poeni oppugnabantur, 40 plusque inter ipsos, sibi quoque tendente ut periculo prius evaderet, quam cum hostibus certaminis erat. Equi maxime infestum agmen faciebant, qui et clamoribus dissonis, quos nemora etiam repercussaeque valles augebant, territi trepidabant, et icti forte aut vulnerati adeo consternabantur ut 45

stragem ingentem simul hominum ac sarcinarum omnis generis facerent; multosque turba, cum praecipites deruptaeque utrimque angustiae essent, *in* immensum altitudinis dejicit, quosdam et armatos; sed ruinæ maxime modo *ju-*  
*50* *menta* cum oneribus devolvebantur. Quae quanquam foeda visu erant, stetit parumper tamen Hannibal ac suos continuit, ne tumultum ac trepidationem augeret; deinde, postquam interrupsi agmen vidit periculumque esse ne exutum impedimentis exercitum nequ quam incolumen traduxisset,  
*55* decurrit ex superiore loco et, cum impetu ipso fudisset hostem, suis quoque tumultum auxit. Sed is tumultus momento temporis, postquam liberata itinera fuga montanorum erant, sedatur, nec per otium modo, sed prope silentio mox omnes traducti. Castellum inde quod caput ejus regionis  
*60* erat viculosque circumjectos capit, et captivo *cibo* ac pecoribus per triduum exercitum aluit; et, quia nec a montanis, primo percussis, nec loco magno opere impediebantur, aliquantum eo triduo viae confecit.

Perventum inde ad frequentem cultoribus alium, ut  
*65* inter montanos, populum. Ibi non bello aperto, sed suis artibus, fraude et insidiis, est prope circumventus. Magno natu principes castellarum oratores ad Poenum veniunt, alienis malis utili exemplo doctos memorantes amicitiam malle quam vim experiri Poenorum: «Itaque oboedienter  
*70* imperata facturos; commeatum itinerisque duces et ad fidem promissorum obsides acciperet.» Hannibal, nec temere credendum nec aspernandos ratus, ne repudiati aperte hostes fierent, benigne cum respondisset, obsidibus quos dabant

acceptis et commeatu quem in viam ipsi detulerant usus, nequaquam ut inter pacatos composito agmine duces eorum *75* sequitur. Primum agmen elephanti et equites erant; ipse post cum robore peditum, circumspectans sollicitus omnia, incedebat. Ubi in angustiorem viam et parte altera subiectam jugo insuper imminentि ventum est, undique ex insidiis barbari, a fronte, ab tergo coorti, comminus, eminus *80* perunt, saxa ingentia in agmen devolvunt. Maxima ab tergo vis hominum urgebat; in eos versa peditum acies haud dubium fecit quin, nisi firmata extrema agminis fuissent, ingens in eo saltu accipienda clades fuerit. Tunc quoque ad extremum periculi ac prope perniciem ventum est; nam, *85* dum cunctatur Hannibal demittere agmen in angustias, quia non, ut ipse equitibus praesidio erat, ita peditibus quicquam ab tergo auxilii reliquerat, occursantes per obliqua montani, *interrupto* medio agmine, viam insedere, noxae una Hannibali sine equitibus atque impedimentis *acta* *90* est.

Postero die, jam segnius intercursantibus barbaris, junctae copiae, saltusque haud sine clade, majore tamen jumentorum quam hominum pernicie, superatus. Inde montani pauciores jam et latrocini magis quam belli more con-*95* cursabant, modo in primum, modo in novissimum agmen, utecumque aut locus opportunitatem daret aut progressi morative aliquam occasionem fecissent. Elephanti, sicut per artas praecipitesque vias magna mora agebantur, ita tutum ab hostibus, quacumque incederent, quia insuetis adeundi *100* proprius metus erat, agmen praebebant,

Nono die in jugum Alpium perventum est per invia pleraque et errores, quos aut ducentium fraudes aut, ubi fides iis non esset, temere initae valles a conjectantibus iter faciebant. Biduum in jugo stativa habita, fessisque labore ac pugnando quies data militibus; jumentaque aliquot, quae prolapsa in rupibus erant, sequendo vestigia agminis in castra pervenere. Fessis taedio tot malorum nivis etiam causis, occidente jam sidere Vergiliarum, ingentem terrorem adjectum. Per omnia nive oppleta cum, signis prima luce motis, segniter agmen incederet pigritiaque et desperatio in omnium vultu emineret, praegressus signa Hannibal in promunturio quodam, unde longe ac late prospectus erat, consistere jussis militibus Italiam ostentat subiectosque Alpinis montibus Circumpadanos campos, «moeniaque eos tum transcendere non Italiae modo, sed etiam urbis Romanae; cetera plana, proclivia fore; uno aut sumnum altero proelio arcem et caput Italiae in manu ac potestate habituros.»

Procedere inde agmen coepit, jam nihil ne hostibus quidem praeter parva fulta per occasionem tentantibus. Ceterum iter multo quam in ascensu fuerat (ut pleraque Alpium ab Italia sicut breviora, ita arrectiora sunt) difficilis fuit; omnis enim ferme via praeceps, angusta, lubrica erat, ut neque sustinere se a lapsu possent nec qui paulum titubasset haerere affixi vestigio suo, aliique super alios et jumenta in homines occiderent.

Ventum deinde ad multo angustiorem rupem atque ita rectis saxis ut aegre expeditus miles tentabundus manibusque retinens virgulta ac stirpes circa eminentes demittere

sese posset. Natura locus jam ante praeceps recenti lapsu 130 terrae in pedum mille admodum altitudinem abruptus erat. Ibi cum velut ad finem viae equites constitissent, miranti Hannibali, quae res moraretur agmen, nuntiatur rupem inviam esse. Digressus deinde ipse ad locum visendum. Haud dubia res visa quin per invia circa nec trita antea 135 quamvis longo ambitu circumduceret agmen. Ea vero via insuperabilis fuit; nam, cum super veterem nivem intactam nova modicae altitudinis esset, molli nec praealtae facile pedes ingredientium insistebant; ut vero tot hominum jumentorumque incessu dilapsa est, per nudam infra glaciem 140 fluentemque tabem liquefientis nivis ingrediebantur. Taetra ibi lucatio erat, via lubrica glacie non recipiente vestigium et in prono citius pedes fallente, ut, seu manibus in assurgendo seu genu se adjuvissent, ipsis adminiculis prolapsis iterum corruerent; nec stirpes circa radicesve, ad quas pede 145 aut manu quisquam eniti posset, erant: ita in levi tantum glacie tabidaque nive volutabantur. Jumenta secabant interdum etiam infimam ingredientia nivem et prolapsa jaedanis gravius in conitendo unguis penitus perfringebant, ut pleraque, velut pedica capta, haererent in dura et alte concreta glacie.


Tandem, nequissimum jumentis atque hominibus fatigatis, castra in jugo posita, aegerrime ad id ipsum loco purgato: tantum nivis fodiendum atque egerendum fuit! Inde ad rupem muniendam, per quam unam via esse poterat, milites 155 ducti, cum caedendum esset saxum, arboribus circa immobibus dejectis detruncatisque struem ingentem lignorum

# **VINOS de MISA**

## **J. DE MULLER, S. A.**

### **TARRAGONA**

Casa fundada en 1851



Medalla de Oro en la  
Exposición Vaticana de 1888 (S. S. León XIII)  
Proveedores de Sus Santidades  
Pío X, Benedicto XV, Pío XI y Pío XII

### **Garantía de absoluta pureza**

**E X Q U I S I T A C A L I D A D**

Certificados del Excmo. Sr. Arzobispo de  
Tarragona y de muchos otros Ilmos. Prelados

**Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis**

## **HIJO DE QUINTIN RUIZ DE GAUNA**


**Velas Litúrgicas para el Culto**

Economía increíble usando mis velas especiales con el  
CAPITEL GAUNA patentado.

LÁMPARA DE CERA «GAUNA» para alumbrado del Tabernáculo, de cuatro  
días de duración. ¡LIMPIEZA ABSOLUTA! ¡TRANQUILIDAD COMPLETA!

**V I T O R I A** (Alava)

## **FOTOGRABADOS M. SOLANO**



Aribau, 9, interior - Teléfono, 30255

**BARCELONA**

Lapiceros Mecánicos y de  
cuatro colores  
Plumillas oro 14 k.  
y chapadas  
Fornituras en General

## **Casa Teflocan**

PLUMAS Estilográficas  
Ventas al Mayor  
Fontanella, 10, 2.<sup>o</sup>, 2.<sup>a</sup>  
Teléfono 23750  
BARCELONA

**ENCUADERNACIÓN, EDITORIAL Y PARTICULAR**

**L. NAVARRO**

**MATILDE, 7**

**BARCELONA (G.)**

**TEL. 78193**

**En las compras haced referencia a PALAESTRA LATINA**

# Exercitationes scholares

## 1. — Granum sinapis

Arbores, magnae cum parvis mixtae, in caelum tendunt Passeres, modo huc modo illuc circumstilentes, cantus aëridant. «Benedictus Deus Israël, quia nobis magnum prophetam misit!» turba clamat. Jesus, cum illis, per amoena loca transiens, proficiscitur. Et arbores propiciens, sic loquitur: «Simile est regnum caelorum, grano sinapis, quod accipiens homo, seminavit in agro». Gens tacet et obstupescit.

Ad quid maxima cum minimis comparare?

Bonus Magister, divinans cogitationes, et humilitatem laudare volens, sequitur: «Granum sinapis ex omnibus seminibus minimum quidem est». Pharisæi qui in turba aderant, triumphum spectant... Aequora muta requiescent... Vaga avis, pipilans, in nidum amatum venit. Salvator, dulcis amor, eam respiens, dicit: «Sed crescit granum plus omnibus oleribus, sitque arbor, et volucres caeli ad eam veniunt». Homines ingenui, victoriam videntes, conclamant... Passeres, asserentes, garrisunt. Sol discedit... Saxa postremas voces reddunt... Gentes dilabuntur... Et Jesus in urbem pergit... ERNSTUS EGUSA, C. M. P.

Barbastri

e V lat. anno

## 2. — De Vestalibus

I. Apud Trojanos, Albanos et Romanos vestales fuere quaedam virginis Vestae deae dicatae. A Pontifice Maximo ex familiis nobilioribus eligebantur; nullo corporis vitio deformes aut debiles, sexdecim annos natae; ad triginta annos virginitatem jubebantur servare. Magna vero eis privilegia concredebantur, et, via incidentibus, etiam ipsi recedere debebant magistratus. Gravibus autem poenis plectebantur si incuria earum ignis extinguebatur.

II. Quaedam Licinio Pontifice Maximo, vestalis narratur sivisse, quod parum diligens fuit quadam nocte, ignem exstingui; hoc enim visa est digna quae flagro admoneretur

III. Quaedam Aemiliae Vestalis Maximiae discipula igne sacro ejus incuria extincto, ab omni reprehensione. Vesta dea favente, mansit tecta; nam cum cibasum suam optimam super ignem, adorans, extenderet, repente flamma emicuit.

J. ANDRÈS. C. M. P.

## Corrigenda

Legitur	Lege
N. <sup>o</sup> 83, p. 8, 1. <sup>a</sup> col., l. 21:	ipsae ipsi.
Adjumenta Gr. l. 13:	había babré
p. 13, l. 36:	canflatorium conflatorium
p. 14, l. 39:	ammis amnis
N. <sup>o</sup> 84, in operc.:	Ann. XIII, Fa- XIV, Fe- bruario, bruario, MCMXLIII MCMXLIV
p. II, 2. <sup>a</sup> col., l. 31:	patiantur adde: *
p. III, 1. <sup>a</sup> col., l. 54:	netum ne tum
p. 1. <sup>a</sup> , 1. <sup>a</sup> col., l. 5:	sceleris celus sceleri scelus
p. 8. <sup>a</sup> , 1. <sup>a</sup> col., l. 25:	vicem vice
p. 39, 2. <sup>a</sup> col., l. 22:	cateini catenis

Legitur	Lege
p. 40, 2. <sup>a</sup> col., l. 22:	perdices? qui lepores? qui
Adjumenta Gr.	
1. <sup>a</sup> col., l. 36:	dieat dicat
l. 43:	podrias t. adde == bubieras podido t.
l. 51-54:	amicus amicum
l. 62:	potuisseem q. umquam potuisseem, q. num- quam
l. 58:	indicat: indicat. (=indicativi)
2. <sup>a</sup> col., l. 29:	abeat ábeat
l. 67:	Eac Fac
N. <sup>o</sup> 85, p. 57, 1. <sup>a</sup> c. l. 20:	syntacticae syntacticas
p. 57, 1. <sup>a</sup> c. l. 29:	subtiliter subtiliter

Minora menda prudens lector ipse corriget.

\* aequo animo, quam imperium patiuntur.

## ***Curiosa et jocosa***



### **Filius aegrotat**

69. Parentes inter sese:

MATER. — Medicum accersemus juvenem an senem?

PATER. — Juvenem, qui etsi juvenis optima edoctus est experientia; plurimorum enim supremum spiritum except...

70. *Hortorum custos, nisi ferreus, nullus est.*

Johannes et Paulus decoram rubentibus fructibus descendunt malum; quos custos aspiciens, quid summa in arbore facitis?

Cui pueri: —Ne ira succensearis, homuncule; auras solum —crede nobis— tepentes carpimus.

Custos, placide subridens, abit.

JOSEPHUS BAGARIA, C. M. F.

*Segedae.*

71. —Quid est tibi, Faustine?

—Terrificus, ut opinor, catarrhus.

—Vere pessimus morbus.

—Qua de causa?

—Quia qui habet fatuatur.

—Quomodo nosti?

—Habui eum.

JOSEPHUS REAL.

*Segontiae.*

72. —Qualis eventus libri tui?

—Fabulosus.

—Talis?

—Quippe quod de fabularum libro agitur

GREGORIUS VENA.

*Segontiae.*

73. Apud judicem:

—Quare, cum ex officina egredereris, medici lacernam arripuisti?

—Quia ille mihi praescripsit statim quid calidum assumere.

FERDINANDUS CARRO.

*Segontiae.*

74. Quaenam similitudo stulti cum tormento bellico?

—Haec: quod uterque ore semper aperto est.

75. —Quae sunt omnium difficillima tria?

—Comissa tegere, oblivioni dare injurias et bene uti tempore.

NICOLAUS ORDÓÑEZ.

*Segontiae.*

76. Tria pauca, triaque multa funesta homini:

Scire pauca, multaque loqui;

Pauca habere et consumere multa;

Nihil esse et plura in se recipere.

LUCAS MUÑOZ.

*Segontiae.*

77. Quidam puer piger semper electo sero desiliebat qua re saepe objurgabatur vel puniebatur. Hortans eum quodam die pater dixit: «Attende, puer, qui prima luce electo surrexit, heri magnum pecuniae pondus invenit.» «Pater, respondit ille, at antea surrexerat, qui eam amiserat.

ANTONIUS GÓMIZ, C. M. P.

78. Quidam avarus causidicum adit:

—Spero, inquit, fore ut ex iis quibus te interrogabo, nullam mercedem exigas.

—Minime, o bone, ex responso mercedem tantum percipiám.

JESUS ANDRÉS, C. M. P.

*Barbastri.*

79. Miles ex commilitone quaerit:

—Scisne quis in nostra cohorte plura deferat insignia?

Alter statim respondet: —Cœquus.

JESUS ASPA, C. M. P.

*Barbastri*